



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Ivstitia Et Ivre Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

Soto, Domingo de

Venetiis, 1608

3 An reo liceat iudicium per appellationem declinare necne.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38878

colloquio ubi sermo oritur de re aliqua quam secreto seruare volumus, licet quis respondeat se nihil scire, non existimatur mendax, etiam si credatur id secreto nosse. Si tamen sermo esset de re quam alter fecit, qui sciens rem illam fecisse, diceret, non feci, aut, non ita res est, profecto mendax merito haberetur. Idem enim est priorius, Non feci, & non ita res est. Quod porro nullo sensu a mendacio excusari potest. Scio Adrian. 4. sent. quæst. de sigillo confess. dicere, quod reus contra ius interrogatus, potest etiam iuratus respondere, non solum nihil de illa re nouisse, verum interrogatus an fecerit, potest, inquit, secundum omnes Doctores, respondere se non fecisse. Nescio tamen qui sint omnes Doctores, quia neminem vidi, immo indubius credo, id neutiquam licere. At quia neminem dico, est utique Caietan. opus. 16. res quæstio 5. quem supra citauimus, qui ait, inquisitum præterius de occultis complicibus respondere posse non habere complices, quod si verum esset, consequens fieret ut de se quoque iniuste interrogatus respondere posset, non fecisse. Quod ego profecto adduci non possum, ut credam. Quoniam nulla amphibologia valet eiusmodi responsa mendacio excusare. Et est mihi apertissima demonstratio hæc, quod si illud non esset mendacium, uana tunc fuisset cura & sollicitudo omnium Doctorum admonendi non licere, neque pro vita seruanda in iudicio mentiri, quia nullum aliud mendacium cauere volunt, quam hoc quo quis aperte negat se fecisse, quod fecit. Quæro enim ab istis, an si iudex diceret tu occidisti, respondens reus, non ita est, mentiretur profecto non est dubium. Quare nec adulteræ a marito nudo gladio interrogatæ, an amicum admiserit, dicere fas est non admisisse, si id modo falsum est. Neque posset a mendacio excusari si cum eum admisisset nudius tertius, absolute respondisset non admisisset intelligens heri, nam illa negatio vniuersalis est. Quid ergo remedij est? profecto nullum, nam hominum iniquitatibus, postquam semel iuris sinceritatem pessundâr, nullis potest legibus obuiam iri. Sed miseris necesse est mortem, velut martyres perire, antequam ius naturale, & diuinum mentiendo transgrediantur. Quod enim remedium excogitare potest misera puel-

la, cum morte tyrannus eriminatur nisi cum turpiter consentiat? profecto nulli, sed gladio potius succumbendum illi est. Eodem modo cur eandem mortem offerret, nisi mendacium proferret, moriendum esset. Et talis est casus dum tyrannice iudex reum in tales angustias redigit, ut vel mentiri debeat, vel mori. Hæc truncatim de hac materia hic dixerim, quoniam nec res est, quæ hoc loco plenarie disputari deberet, & in dicta nostra Relectione copiosè extat discussa.

Ad primum igitur argumentum incontrarium responderetur, iura ciuilia multa impune permittere, quæ non ideo approbant diuinæ leges, ut meretricia. Atque hæc ratio quia ferre mortem, quæ secundum Aristot. 3. Ethic. terribilium omnium terribilissimum est, egregiæ virtutis est, illiusque fortitudinis culminis quod rarissimi homines attingunt, leges humane nulla supplicia illis statuerunt, qui cum accusationibus transigerent, ut se a morte exciperent, licet ante tribunal Dei culpa non careat. Et similis est responsio argumenti secundi.

ARTICVLVS III.

Vtrum reo liceat iudicium per appellationem declinare.

Tertium vitium rei est subdolosæ cauillosæque appellatio. Arguitur ergo quod reo non liceat iudicium per appellationem declinare.

Primum, videtur hoc contradicere documento Pauli ad Rom. 13. Omnis animæ potestatis sublimioribus subdita sit. Næ appellatio, quadam est recusatio iudicis & ab eius obedientia exemptio.

Secundo, maior obedientia debetur ordinarijs iudicibus, qui publica potestate pollent, quam alijs quos arbitrio tuo elegeris, sed ab electis communi partium consensu appellare non licet, ut patet 2. q. 6. can. a iudicibus, ergo nec ab ordinarijs.

Tertio arguitur, si appellare licitum esset, quocumque tempore liceret, præfinitur autem a iure tempus decem dierum, ad appellandum, ut patet 2. quæst. canon. Anteriorum, ergo appellatio non est licita. In contrarium est exemplum Pauli, qui ut refertur Act. 11. appellauit ad Casarem.

Bre.

Sententia
Adrian.Rõ egrè
gia in
Adria.

Prima Breuissima est atque facilissima quæstio, ad quam duabus conclusionibus responde-
trac- tur. Prior est. Licetiam est reo quando iusti-
no con- tix confidit, qui iudicis forte grauius
clusion- premitur, appellare, dummodo ad legiti-
 mum appellet iudicem. Conclusio est ma-
 nifesta, etiam naturali iure, quoniam vt se
 suaque quisque defendat, tutela & benefi-
 cio vti potest, quod ratio naturalis ei non
 denegat. Quod autem id nulla ratio natu-
 ralis vetet, patet, quia ea maxime ef-
 fet obedientia, hæc tamen non obstat,
 quia nemo obedire tenetur inferiori, nisi
 quatenus ille superiori subalternus est. Est
 enim iudicum ordo sicut causarum natu-
 ralium, quarum in suis influxibus alia est
 alijs subdita. Quare eadem cau. & q. can.
 Omnis oppressus, conceditur afflictis reis
 appellare, iubeturque vt à nullo prohi-
 beantur, sed sulciantur potius & audiantur.
 Et can. præcedenti. Appellantem
 non debetur afflictio vlla carceris, aut re-
 tentionis iniuriæ custodia. Sunt autem
 multe a iure præscriptæ ceremoniæ & for-
 mule appellandi, de quibus non est præ-
 sentis loci præstius dicere. Quod autem
 habetur in can. Catholicus, videlicet quod
 si quis fidelium ad iudicem prouocauerit
 infidelem, excommunicetur, de Apostolica
Pau- doctrina sumptum est. Obiurgat enim Pau-
 lus Corinthios in cap. 6. prioris epistolæ,
 quod frater cum fratre iudicio contende-
 ret, & hoc apud infideles iudices, cum inter
 se ipsos possent suas componere lites. Nam
 vbi fides non est, neque rectum esse potest
 iudicium. Intelligitur autem illa prohibi-
 tio de illis catholicis, qui inter catholicos
 viuunt, nam illi nostrates qui in terris in-
 fidelium negotiationis causa commorari
 permittuntur, nihil peccant si coram ipso-
 rum iudicibus, vel actores compareant vel
 rei. Posterior conclusio. Appellare ad supe-
 riorem causam repellendam aut differen-
 dam iustæ sententiæ, iniustum, & iniustum
Poste- est. Probat quia sicut imponere reo (vt
ma con- supra diximus) calumnia est, sic impone-
clusio. re iudici, ille autem qui subdole & vafre
Probb. appellat, præterquam quod obedientiam
 violat quam iudici debet, re ipsa imponit
 illi falsum, quasi iniustam sententiam
 tulerit insuper & impedimento illi est ne
 suum persequatur munus, atque adeo eif-
 dem de causis iniuriam illi irrogat. Qua-
 proptet in eadem cau. & q. can. quicumque,

præcipitur vt tales appellationes non reci-
 piantur, & can. omnino, eiusmodi appel-
 lantes puniri iubentur. At vero sciscitatis
 circa priorem conclusionem, vtum liciti-
 tum sit, & condecens sic religionum fami-
 lias instituire, vt appellare prohibean-
 tur. Apparet enim id neque decere, ne-
 que vero licere, tum quod præcipue in
 causa capitis, quam tantopere nos natura
 admonet vt defensamus, nemo debet natu-
 rali beneficio orbari, quo se tueri potest
 tum etiam quod vt eadem cau. & q. habe-
 tur vtroque canone, Ad Romanam. Chri-
 stianis vniuersis hoc indulgetur benefi-
 cium, vt quoties se quisque premi sentit,
 ad Romanam fedem tanquam ad caput,
 prouocatione confugiat. Respondetur
 nihilominus per quam sancte è reli-
 gionibus abigi appellandi vsum, nam
 est forsasse accidere quandoque possit,
 vt monachus aliquis iniuria læsus affiga-
 tur, tamen ex alia parte talia damna
 (quæ rarissime contingunt) pace & quiete
 compensantur, neruus enim & decus re-
 ligionis in hoc maxime consistit, vt aliis
 firmo inter se silentio, omnia veluti inter
 fratres, quæ sua est professio, planiter tra-
 ctent, & transignat, neque se seculo pro-
 dant. Etenim vbi primum religionum
 causa claustrorum metas exierint, actum
 de illis est. Quocirca institutiones ipsas
 sic Pontifices confirmant, vt appellationes
 prohiberent, non quod per hoc sum-
 mis ipsis Pontificibus obedientiæ quidquã
 sit ademptum. Quicumque enim quantum
 uis inclusus monachus ad ipsum appella-
 uerit, iure id fieri ciet, verum quod sic con-
 sultum est religionum incolumitari. Sed &
 circa secundam conclusionem dubium præ-
 terea restat, vtum reo etiam dum iuste
 credit ab inferiori condemnari, liceat
 superiorem interpellare, ea nimirum spe
 ductus vt superior, vel fauore, vel quia di-
 uersam habet iuris opinionem, reuocabit
 sententiam, vel illa dilatione poterit se ip-
 se euere. Est enim à parte affirmatiua ar-
 gumentum quod postquam intra limites
 obedientiæ iure id permittitur, videtur
 posse illuc subterfugere, nam (vt dicemus
 statim) licet ei è carceribus fugere. Acce-
 dit & vsus, nam quicumque, si potest ap-
 pellat. Respondetur tamen id certe non
 licere, sed esse peccatum genere suo mor-
 tale, vbi quis certissimus est merito ef-
 fic con-

Quæst.
Rõ hafi
tandi.

Risio.

Dubita-
tio.

argumẽ
tum par
tis affir-
matiuæ.

Solutio.

se condemnatus, etiam ad mortem, per appellationem iudicium eludere, nam est contra iustitiam & in republice detrimentum, nam sepiissime illis prolationibus iudices, & ministri vel lassantur, vel corumpuntur & restant scelera impunita. Secus si aliquo pacto de aequitate sententiae dubitaretur.

Ad primū arg. Ad primū igitur argumentum respondetur, quod quando inferior iudex fines transgreditur iuris, exorbitat ab ordine superioris, & ideo subditus nullam transgreditur obedientiae lineam, si ad superiorē recurrit, quoniam nemo constringitur parere inferiori, nisi quatenus ipse peruehat in superioris ordine.

Ad secū dū arg. Ad secundū respondetur, quod in utroque esse peccatum vsu venit, scilicet in iudice perspiciente defectum, per quem iustam causam dat reo aequiorem alium interpellandi, & in reo defectum constantiae, quia non persistit in eo quod semel elegit. Vnde licet ordinario iudici firmiter obedientia quam arbitrio debeatur tamē quia ordinarius non à reo eligitur, sed eius auctoritas pendet à superiori, fit ut quando ille ab eius ordine exit, possit reus citra inconstantiae notam provocare, quando vero litigantes communi consensu sequestrē elegerunt, propter eorum inconstantiam non permittuntur appellare. At tamen si tres fuerint electi, & duo sine tertio sententiam tulerint, appellare licet, ut subditur statim in c. sane.

Ad tertium arg. Ad tertium argumentum respondetur, quod cum appellare, officium sit virtutis, constringi debet ab utroque extremo, nempe ut ita hoc bene iudicium reo concedatur, ut tamen non cedat in accusatoris iniuriā. Ob idque antiquitus biduum aut triduum concedebatur reo, ut posset appellare, post vero indultum est tempus decem dierum. Nam si quanto cuncto elapso tempore appellare liberum esset, nulla esset firmitas in iudicio & sententia, sed semper esset ex arbitrio rei pendens. Atque eandem ob causam interdictum est super eodem articulo tertio appellare, ut patet extra, de appell. c. Directa. Vbi permittitur appellare bis, & c. sua nobis ubi prohibetur appellare iter. Et est expressus titulus in Codice, lib. 7. ne liceat in vna eademque causa tertio provocare. Iam vero Rom. e inductus est contrarius mos, ut scilicet tres sententiae expecten-

tur concordēs. Ea forte de causa quod technis fraudibusque humanis in dies crescentibus, aliter satisfieri litigantibus non posse creditum est nam cum haec ex iure pendente positio, potest summus Pontifex illa pro temporum varietate mutare. Ille autem nocentissimus intolerabilisque stylus est, ut litigatores permittantur causas in frustra lacerare, & novos articulos effingere ut à quocunque iudice verbo appelletur, & de singulis expectentur tres sententiae, a quae hac ratione lites immortales fiant.

ARTICVLVS IIII.

Verum liceat condemnato ad mortem sequi cunque via defendere.

Postremum remedium quod reo si peresse videtur est, ut se defendat, nec praesertim dum morti additus est. Arguitur ergo id licitum esse. Naturalis inclinatio semper est licita cum Deo auctore illa sit vniuersis rebus indita, inter inclinationes autem naturae, summa cunctis rebus inest ut se conseruent, inde enim nascitur ut summam exoptemus felicitatem in qua perpetuo permaneamus, ergo ad tuendam vitam quaecunque nobis defensa licet. Secundo: Perinde sententia fugiendo declinatur, atque resistendo, fugere autem licitum est, secundum illud Eccles. 9. Longe esto ab homine potestatem habente occidendi, & non viuificandi, ergo & resistere licet. Tertio: Plus homo sibi ordine charitatis tenetur quam alteri, licet autem alterum periculo mortis eripere, secundum illud Proverb. 24. Erue eos qui ducuntur ad mortem, & eos qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses, ergo & cuique licet seipsum à morte liberare. In contrarium est Apostolus ad Rom. 13. Qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, & ipse sibi damnationem acquirit. Etenim qui à suo se iudice defendit potestati resistit quae diuinitus ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum instituta est.

Quaestio haec per distinctionem est dissoluenda. Contingit enim quempiam, aut iuste damnari aut iniuste. Et secundum haec duo membra duae sunt discernendae conclusiones. Prior est: Ne mini iuste ac iuri